

**Rector & Concilium Academiae Rostochiensis e Civibus Academicis Studiosae
Iuventuti Bono Reip[ubli]cae & Eccl[esi]ae Consecratae Deum Propitium,
Conscientias Puras, Animum Compositum, Studia Prospera, Favores Copiosos,
Salutem Omnigenam, a Dno. Jesu PP.**

Rostochii: Kilius, 1656

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73494344X>

Druck Freier  Zugang



R U Progr. 1656 A

1) Rector et Concilium.

2) Matthias Stein.

RECTOR

&

CONCILIIUM
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS

è

CIVIBUS
ACADEMICIS

STUDIOSÆ JUVENTVTI
BONO REIP.^æ & ECCL.^æ CONSECRATÆ
DEUM PROPITIUM,
CONSCIEN TIAS PURAS,
ANIMUM COMPOSITUM,
STUDIA PROSPERA,
FAVORES COPIOSOS,
SALUTEM OMNIGENAM,

DNO. JESU PP.



ROSTOCHII, Typis Heredum NICOLAI KILII
Acad. Typog. Anno 1656.



Rave est effatum sapientissimi
 SALOMONIS REGIS, Prov. XV.
 ס. ינאע מוכר אביו. Santes
 Pagninus vertit Stultus con-
 temnet correctionem patris
 sui. Bened. Arias Mont. corrigit.
 Stultus respuet correctionem
 Patris sui. Vulgata editio habet.
 Stultus irridet disciplinam
 Patris sui. Tigurini, Leo Juda,

Franc. Vat ablus ita habent. Stultus respuit castigationem
 Patris sui. Seb. Castalio sic exprimit. Stultus patris sui ad-
 monitionem respuit. Sebast. Munsterus hoc modo effert regi-
 um monitum. Stultus execratur castigationem Patris
 sui: Franc. Junius & Tremellius hoc modo. Stultus spernit
 eruditionem Patris sui. Conradus Pelicanus ita: Stultus ir-
 ridet disciplinam patris sui: & addit. Sicut Pater pius & sa-
 piens filios erudit in lege Domini, ut Deum timeant: sic
 impius filius est, & stultus, qui pii parentis monita flo-
 cipendit, qui disciplinam in moribus non suscipit. Fer-
 dinandus Quirinus à Salazar Conchensis Comm. h. l. c.
 daicamparaphrasin ita representat. Stultus repro-
 b. disciplinam patris sui. Et addit: qui parentis sui correption-
 nes, monita & adhortationes despicit, hic equidem
 stultescit, hebescit, atq; indies magis ac magis despici-
 quia cum nulla præcepta & documenta vel avidius ac-
 piantur, vel altius animo sedeant, quam paterna, eu-
 qui despicit tam salutares eorum correptiones, alienis ad-
 hortationibus nunquã obsecuturã esse, exploratum est.
 LXX. interpretes in Egypto ita gracè reddiderunt: ἄφρον μὴ
 ἀμείλει πατρίαν Πατρὸς. Brylingius habet: Stultus deridet
 disci-

disciplinam patris, *al. sublannat. Germanicum meum*
MSc. quod proverbia vocat die gleichsam/ ita exprimit: Der
Zump verspott die Tere seines Vaters. b. Lutherus: Der
Narr lästert die Zucht seines Vaters. Joh. Dietenbergius
Pap. Der Narr verspottet die straffe seines Vaters. Joh.
Piscator Calvin. Ein Narr verwirffe die Züchtigung seines
Vaters. Et addit hanc doctrinam. Die Kinder und alle so
unter anderer Hand seynd/ sollen sich der Züchtigung ihrer
Eltern und anderer Obern nie ungebührlich entziehen/ Dann
wer sich gutwillig unterwürfft/ der wird weise/ überkompt
die forcht Gottes/ erfrewt seine Eltern und Obern/ und
auff diese demütige Unterwerffung zur Zucht/ folget all
wege und gewislich ewige und bißweilen auch zeitliche Ehre.
Wer sich aber als ein verstoffter Spötter der Züchtigung
en weget/ und fleucht die Weisen/ der ist und bleibt ein
Narr/ verachtet seiner Seelen zeitliches und ewiges Hehl/
und wird in seinen Sünden sterben. Belgica ita habet. De
Sot lastert de castijende onderwijfinghe ynne Vaters. An-
glica ita: A foole despiseth his fathers instruction. Est
a. Anglis A foole, Stultus, Morio, uo pōs, ut in Lexico habet Joh.
Bareus Cantabrig. Italica Giovanni Diodati habet: Lo stolto
sdegna la correttione di suo padre. Sdegnat. h. e. dedignat
tur indignam judicat, quæ attendatur, ut reddit M. Giov.
Stefan. de Monte Merlo delle phrasi Toscani p. 604. Gallica
Genev. ita habet: Le fol mesprise l' instruction de son pere.
Effatum hoc Sapientissimi Regis non attendit discrimina tem-
porum. Non ad antiqui fœderis ceremonias spectat duntaxat,
nec cum illis exspiravit. Etiam Novi fœderis auguste obser-
u. vie coheret, tanquam tale, quod ad moralem legem perti-
u. , aq̄ eterni & immutabilis valoris vigorisq̄ manet. Non
uni duntaxat Genti propositum est, sed eò usq̄ se extendit, quo-
33 gentium orbis terrarum propagatio. Non excipit ullos filios.
Non eximit ullos parentes. Quem Deus & natura Parentem

fecit, ei hanc dignitatem contulit. Quem Deus & natura Filium fecit, ei hanc observationem injunxit. Quacunq; quis si-
ve dignitate polleat, siue opinione abundet, siue imaginatione
tumeat, si in eo ordine consistat, in qua Parentum filiorumq;
respectus floret, id exequi tenetur. Non poterit effugere, si con-
suetudines alibi grassantes, si vitia seculi, si libertatem di-
sputatam, si famam apud corruptos sequiorem attenderit, aut
jus suum requirentibus parentibus opposuerit. Serviverit Sa-
cratissima Cesare & Majestati, viderit magnum Hispaniarum
& Indiarum Regem, adspexerit Christianissimum Galliarum
Regem, Hetrusco aut Cherusco cælo suum halitum reddiderit,
parum interest. Si ibi est, ubi parentis ipsi nondum locus datus
est, aut ibi non esse, aut ea lege ibi esse tenetur, qua filii sunt.
Proponit a. hoc elogium I. PATREM. Nobis non morantibus liquet,
arbitrium vocis insignem esse, & includere omnes quotquot si-
ve nature vinculum, siue superioritatis officium supra alios ex-
tulit: Hinc Dionysius Carthusianus Comm. b. l. arc. 15. fol. 36. Stul-
tus, h. e. incorrigibilis, indocilis, & obstinatus in vitis, irredet
disciplinam Patris sui, carnalis ac spiritualis. Imò & Dei Pa-
tris, quia salubrem correctionem ac justam castigationem ab-
horret ac despicit. Neq; adeo superciliose arrogantie, aut men-
tis mota quenquam arbitramur esse, qui expatrum ordine
submovendos censuerit Doctores, etiam Academicos, quibus &
Patrum jura & Patrum sedes commissa est. Spiritus s. Pa-
trum loco habet, quotquot sapientie scientieq; luce aliis præ-
eunt, aut animis moderandis præsent. Sed sit aliquis adeo ex-
cors, aut infrunitus, sciat ille, effatum divinum ipsi non cessu-
rum. Proponit II. Filium. Eum a. in eadem amplitudine accipit. Propo-
nit III. Patris autoritatem. Inviolabilem eam vult esse & perpetuam. Pa-
ter maneto Pater, inquit sapientissimus Salmon. Autoritas ejus sacrosancta
est, divina est, invicta est, irrefragabilis est. Proponit IV. Filiorum debi-
tum. Filius non debet se absolutum & independentem agnoscere. Secus mi-
serè hæret. Libertatem nemo Filius jactat, nisi quam Patri probari posse
novit. Ineptè in familiam Patris ipsi improbata introducitur libertas. Sic
enim filius

n. filius Pater esset, & imperaret, ibi, ubi ipsi obsequii gloria relicta est. Nec
 obstat, quod nolit diu in familia esse. Quamdiu enim in ea est, aut Patris
 locum obrinebit, aut Patris monitum observabit, cum non possit
 nisi filius esse. Non est obnoxius Pater licentia Filij ex aliena familia luxu-
 ria orta. Proponit V. Patris officium. Inter insignia eius capita est **רַבּוּבָה**.
 correctio, disciplina, castigatio, admonitio, eruditio, **מַדְעָא**, eine
 Suche/ Straff/ Züchtigung/ instruction, correctione, &c. Radix
 proprie est vincivit, ligavit. Per metaphorum, castigavit, erudit, in-
 stituit, punivit, coercuit, corripuit, increpavit, reprehendit verbis aut
 verberibus, tanquam vinculis aut repagulis observantia. Hinc Es. 53.
וְיִלְמָדוּ מִיְדוּבָה disciplina pacis nostrae super Mellia, id est, castigatio,
 quae super nos venire debebat ob peccata nostra. B. Lutherus, die Straffe
 ligt auff ihm/ &c. Itaq; **רַבּוּבָה** est, ubi aliqua paternitas est, ubi familia
 paterna est. Nulla absq; Musar vivere aut bene gubernari potest. Pau-
 cis, Musar leges sunt, sive naturales, sive quaecumq; aliae, quae in quacunq;
 societate, in qua superioris & inferioru, regentis & regendi respectus va-
 let, constituuntur. Ad conscientiam enim & potestatem pertinet statu-
 entium, non obtemperantium, leges ejusmodi figere, aut refigere. Et no-
 men Musar quod non mererentur leges, quae in Musarum castris constitu-
 untur? Praesertim quae ab Augustis Academicarum Patronis ita promulgan-
 tur, ut ad tabulas perenniter custodiendas relatae sint. Licet enim & nu-
 pera sanctiones, quibus mali mores corrigantur, & juventuti magis ad ho-
 nestatem & pietatem convenienter vivendi traditur ratio, quia ex splendore
 fundatae dignitatis Academicæ suam habent originem, & communibus
 sapientum arbitriis constant, Musar jure meritoq; summo dicantur, anti-
 qui tamen statuti ideo major est apud probos reverentia, quia magis extra
 suspicionem nuperorum affectuum positum est, & ex summorum antecesso-
 rum merito aestimatur. Patrum ergo cujuscumq; ordinis est, Musar urge-
 re, repetere, vindicare, non ab interitu tantum, sed & contemptu, qui ad
 interitum viam sternit. Proponit VI. Filij nexum. Ille erga Patris Mu-
 sar sacrosanctus esse debet, tum quia Pater praesto est, tum quia in pater-
 na familia Musar innotescit. Deus opt. max. à quo omnis paternitas, u-
 trumq; tuetur. Non itaq; debet Filius aliquis, quicumq; sit aut quantumcum-
 que aliàs & extra hunc nexum positus, Musar parentis desplicere, respicere,
 exercrari, calumniari. Rationes undiq; sunt obviae. Fit autem hoc vel
 verbis, vel factis, vel etiam scriptis libellisq;. Verbis, quibus liberrimè
 & asperrimè de Musar parentum & sapientum judicatur, quibus minè in

eos eructantur periculose, quibus carpitur aetas, vita, industria flautentium; quibus Italia, Gallia, Hispania Germanorum simplicitati & honestati opponitur; quibus in societatem contemptus & execrationis trahuntur alij. Facto, cum leges resurgunt temeritate filiorum, aut extra parentum potestatem abripiuntur; cum re ipsa & progressionibus adversus Patrum auctoritatem institutus animus perversus & observantiae filialis immemor in publico exhibetur; cum in privatis conventiculis contra Patres consultatur; cum in specie explicatis precibus unum hoc agitur, ut patrum subvertatur auctoritas; cum ab audaculis paucis & parum aliquando ad reipub. decus profuturis, qui cauteriata conscientia agitantur, contra optimos, beneficos, celebres parentes agitur. Scriptis & libellis, cum tabulae conscribuntur contra Parentum Musar, & ad extremaeque respicientibus conditionibus contra honestissimae societatis integritatem salutemque conjuratur. Imprimis, cum famosis denique libellis, probroso pudendoque facinore, agitur. Omnia vero sceleratorum & diris omnibus devotendorum nomine tales veniebant, qui vel in universos, vel in singulos, vel etiam in unum aliquem ex Patrum, imo etiam ex privatorum numero sermone aut carmine, sive interdiu, sive noctu sparsa, ejaculato, affixa, disseminato, insurgere ausi fuerant. Pro omnium gentium consensu, quem in syntagm. jur. univ. l. 38. c. 6. Petr. Gregor. Tholosanus pluribus deduxit, nos nunc rationibus non indigemus. Denique proponit VII. divinaum de transgressore filio iudicium. Filius adversatus & execratus Patris Musar, stultus esse dicitur. ⲓⲛⲁ quem B. Lutherus vertit, Narr / apud LXX. interpp. est ἀφρων insipiens, h. l. & Job. 5. 2. 3. Prov. 10. 22. c. 11. 30. c. 12. 16. 17. c. 14. 1. 3. 9. 16. 31. c. 16. 22. & c. ⲙⲱⲡⲟⲥ stultus, Es. 19. 11. ⲁⲓⲛⲁ & amens, Prov. 17. 29. ⲁⲓⲛⲁ & Prov. 10. 8. qui sine tecto est, dem es ins Zach regnet. Lutherus der ein Narrenmaul hat. ⲁⲓⲛⲁ impius, Prov. 1. 7. ⲱⲉⲡⲣⲟⲓⲥ procaax Prov. 10. 15. ⲁⲓⲛⲁ imperitus, Zach. 11. 15. ⲉⲓⲟⲩⲡⲣⲟⲡⲉⲛ dispersus Es. 35. 8. ⲡⲱⲉⲗⲉⲗⲁⲥⲓⲛⲁⲱⲥ insaniens. Os. 9. 8. Vix verbis exhauriri potest scditas dicitur, quo prosequitur Spiritus s. Musar parentum, precipue publicorum, contemnes, execrantes. Precipue qui famosis libellis contra superiores insurgit, omnibus probis, que illo vocabulo continentur, subjacet. Probra sequuntur poene temporales & aeternae. In foro conscientiae nemo efficaciter a Ministro Dei absolvi potest libelli famosi scriptor, nisi vel apud Magistratum, vel apud laicum serio deprecatus.

Ita res ipsa postulat. Quomodo n. seria tua poenitentia habebitur, nisi apud eum, quem laesisti, depreceris, & quod detraxisti ei, quantum in Te est, restituas. Latè de eo Didac. Covarruvias ad C. peccatum non remittitur, Tom. I. op. p. 501. Martin. ab Azpilcueta Navarr. Manual. Conf. cap. 18. n. 22. & seqq. Paul Layman. Theol. Moral. de Justit. & Jure lib. 3. tract. 3. part. 2. cap. 3. quod est de detractio. Joh. a Lugo Cardinal. Tom. I. de Just. & Jure disp. 15. tota. Leonh. Less. de J. & J. lib. 2. cap. II. dubit. 15. & seqq. Vincentius Filiucius in Moral. qq. tract. 40. cap. 4. & seqq. Plures ex illo cœtu cumulare superfedemus. Quæ jure civili de hoc crimine statuuntur, in propatulo sunt. Quilibellum, carmen, aut historiam ad alicujus infamiam scripserit, composuerit, ediderit, dolove malo fecerit, quo quid eorum fieret, injuriarum nomine tenetur apud Justinian. de injuriis. fitq; eo nomine reus condemnatus in testabilis. l. lex Cornelia §. si quis librum, & l. quod senatus consultum, eodem tit. id est, ob carmen famosum condemnatus, neq; testis esse potest, nec testamentum condere. l. ob carmen 21. de testibus. & l. cum leges & l. Is qui §. fin. eod. tit. 8. Imò pro qualitate poenarum, quæ debentur criminibus, quæ libellus famosus immerenti imponit, autorem ipsum puniendum, latè ex fundamentis juris deducit Bened. Carpzov. part. 2. Jurispr. Crim. q. 98. Conf. Nemesin Carolinam art. 110. & ad eum notae G. Remi. Notum autem vobis est, Cives Academici honoratissimi dilectissimiq; quid ante octiduum, summo mane, in tabula publicandis exercitationibus Academicis dedicata, in janua Collegii, quod album vocant, & in foribus, quos pice insuper nebulo sedavit, excellentissimi cujusdam Concilii nostri membri agglutinatum hæserit, quod filius Belial, & tenebrio ex abyssu noctis favore primæ agglutinerat. Certè turpissimus sordidissimusq; dicitur vir integerrimus & optime perfunditur, quæ non nisi ab impurissima anima ebullire poterant. Projicitur in innocentissimum caput causa omnium turbatarum, quibus concussa est Academia. Tanquam illo duce omnes ad asinina, stulta, canina, lupina, diabolica consilia compulsæ essemus, accusatur. Omnium vestrum nomen horrendæ criminationi prætextitur. Per unius latus & nos & vos compungimur. Imò tenebrio ad tenebras æternas relegat clarissimum Virum. Quis vobis heic animus sit, ex obliquo intelleximus. Reprobatis, damnatis, detestamini nebulosæ facinus. Iuvabit, si us vobis animus est, N O S, ut è tenebris sacernum caput extrahere & merito supplicio afficere possimus. Planè enim ita de candore & ingenuitate vestra nobis pollicemur. Hac ratione

sione plenissime vos purgabitur à societate sceleris, & satis abominabimini, quod vos in partes vocaverit. Decet ista vindicta innocentiam vestram. Nos certe non petimus non publicè tenebrionem inclamare, licet Vir egregius, nisi bonum publicum aliud postulasset, silentio rem universam & vindici Deo committere maluisset. Tu verò, qui quis es, tenebrio, Diaboli fili, Parentum oblite, paternæ disciplinæ calumniator, & Sp. s. iudice STULTE, qui famosis libellu Superiores tuos noctu beneficio aggredi non es veritus, qui per unius latu omnes nequiter accusasti insanie, furoru, turbarum, qui iniquissimo nexu in societatem sceleris innocios, ut confidimus, rapuisti, qui poculum maledictionis & aeterni exitii Patri ordinis nostri præclarissimo immaniter propinasti, qui, nisi rectissimam mentem, quod nunquam facturus est, exuerit, perpetuam hostilitatem & pericula certissima ei minitatus es, qui deniq; omne improbiatū & impietatis fastigium insolenter supergressus es, unde Stultorum & in summo gradu insanientium penas in hoc & futuro seculo meritus: **RESPICE!** patere animam tuam miseram & unguibus vulturis inferi hærentem liberari! Agnosce scelus horrendum. Prodi in lucem, & dic (quod omnes Superiorum violatores dicere decet): *πῶς ἔγωγε γὰρ εἰς τὸν ἔργον καὶ ἐν ὀμίῳ εἶμι:* Luc. 15. 21. Non possunt Te tenebræ occultare. Lucidissimus Dei oculi expositum est scelus tuum. Angeli boni testantur contra te. Legio Diabolorum, quæ te in scelere designando occupato latabatur, contra te seviet. Furor iræ divinæ super verticem capitis tui flammæ vindices ostendit. Non habebis in extremis necessitatibus solatium, nisi veram exhibueris pœnitentiam. Si autem manvis latibulum & tenebras, scelus tuum confiteri nolis, perseverabis mancipium Diaboli, diris omnibus devotus & maledictus eris in quocumq; eandem splendore futurus es, deniq; hauries poculum furoris sempiternu.

JESU Fili Dei degenerem filium illumina! libellorum famosorum cognosce rem præeuntibus pœnitentiæ lacrymis libro vite inscribe! PP Rostoc. Co
Dom. IV. Trinit. qua justitia Pharisæica refutatur A. CHR.

1656.



RECTOR

&

CONCILIUM ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS

CIVIBUS ACADEMICIS STUDIOSÆ JUVENTVTI

Salutem & pacem à Domino JESU!



ITa enim adhuc vobis scribimus. Ita *Ad progr. Jul. 16; 6.*
adhuc vobis precamur. Petiistis &, uti vestrae
& linguae sonuerunt, obseruanter humiliterque pe-
tistis pridie Memoriae anniversariae visitationis
MARIÆ, pacificæ, sanctæ & humillimæ ma-
tris Domini Salvatoris, ut vestro nomine aliqua
referrentur ad CONCILIUM nostrum, quæ
vobis tranquillandis & studiis vestris restituen-
dis commoda visa sunt. Promissum est vobis, fore ut primo quoque
tempore referrentur. Ardemus enim & nos amore felicitatis vestrae,
quàm cupimus esse rectissimam & nullis corruptam motibus. Hæc
prolixè desideria vestra apud nos exposita sunt. At enim verò cum &
per se aspera essent postulata vestra, illique obseruantia, quam præfati
estis, parum consonantia; & ipsa fama per urbem sparsa, tantum vos
non postulare, quantum in Concilio relatum est, constanter affir-
maret, CONSULIBUS CIVIBUSQUE suffragantibus; &
apud

B

apud nos etiam aliqui essent, qui aliter à quibusdam ex vobis persuas-
suerant; & deniq; postulata illa vestra nec vobis honorifica fuissent, nec à
nobis nisi cum reipubl. literatiæ subversione concedi possent, non po-
tuimus deprehendere, quid vobis responsi loco redderemus, licet inte-
gris quatuor hois ei negotio impensis. Visum erat, commodissi-
mum futurum, si compellaremini, ut aliquos ætate, pietate & mo-
destia præcipuos crastina hora IX. CONCILII loco sistatis, qui,
plenius clariusq; à vobis instructi, quid demum à nobis petatis, quod
conciliandis animis exulceratis utile foret, edissererent. Id itaq; nunc
facimus, eoq; sine vos compellamus, ut missitationum & discursu-
tionum & sessionum deniq; finis fiat. Non abhorrebitis, uti spera-
mus, ab illa nostra compellatione, quæ tota eò spectat, ut salutem
vestræ publicæq; consulamus. Adferre autem ea petita, quæ inter-
prentur mentes Deum timentes & honestatis memores. Petite,
quæ parentes decet dare & filios petere. Hunc n. inter nos respectum
adhuc superesse arbitramur maxime. Si nos parentum loco reliqueri-
tis; vos filiorum loco censebimus. Sepulta sine resurrectionis spe
manebunt omnia, quæ hæcenus gesta sunt. Abite modo à consilio-
rum præcipitiis & ad extrema nitentibus. Non patiamini, ut ad alias
Academias emanet, ut in secula eat; fuisse ROSTOCHII aliquot
Studioforum CENTURIAS, qui pro jure aliquo nec publicè proba-
to, nec multum profuturo, contra Magistratus sententiam conspira-
verint, conjurationibus & obstinationibus gravissimis & nunquam
Deo probandis, imò ad tribunal penitentis feriis lacrymis deploran-
dis, sese ad patrociniū importunissimi hominis. cujus insolentiam
ipsi damnaverunt, invicem obstrinxerint, & maluerint urbe excede-
re, honestissimas discendi vivendiq; condiciones relinquere, abire à
Præceptoribus, quos paulo ante oculis suis chariores habuerunt, ad
quos magno numero indies publicè confluerunt, quorum ipsis Bi-
bliothecæ, colloquia, consilia, beneficia plurima alia patuerunt.
Sint in aliis Academiis, qui clanculum inq; sinum suum applaudant
vestris ausibus; publicè tamen male audietis, nisi rescripta earum
mentiantur; imò excitabitis magna aliarum Academiarum lumina, ut
vobis male notatis, sibi caveant, ne eodem & illa modo obstruantur.
Scitis, quæ sint & quantæ nostræ apud illas amicitie. Scitis etiam nos
posse

posse scribere. Intelligitis etiam, ad scribendum nos adactum iri, ni-
sinos & vos una perire velimus. Neq; ad Academias tantum, sed etiam
ad Reges, Principes, Comites, Dominos, Civitates, quibus subestis,
imo etiam ad incunabula vestra, ut ubiq; vobis penitendi tandem oc-
currat occasio, si hic salutaria consilia spernere perrexeritis. Neq; se-
cula, si quæ futura sunt, vestris his conatibus futura sunt propitia.
Solent enim, procul ab affectibus posita, rectius judicare de illis, quæ ab
affectibus profecta fuerunt. Potestis facile ominari, ad quem titu-
lum vos ANNALES relaturi sint, nisi emendatori clausula initia ve-
stra obfignabitis. Itaq; o nostri, redite, & ita exponite consilia ve-
stra, ut vobis consuli possit. Patet vobis AMOR noster, patet
intemeratum de vobis benemerendi studium. Omnem abolebimus
præteritorum memoriam. Ita interpretabimur legem vestram, uti
æquitati & honestati consentiat. Nolumus contemptum vestrum, qui
vos honoratissimos esse volumus. Rigor præcipitur, ut aliquosq;
promoveamus ab optimis institutis prolapsos. Libertatem non eri-
piemus, quam Fridericus Imp. *Aurb. habita. C. Ne Filius pro Patre*
largitus est vobis, qui studiorum causa peregrinamini, qui amore
scienciæ exulatis, modo non sitis *ὡς ἐπιπέλυμα ἔχοντες τῆς κακίας*
ἢ τοῦ ἐλευθερίου, sed utamini ea *ὡς δῶλοισιν*. Petr. 2. 19. Nolite
ut libertas vestra damno sit tot pauperibus, quos cogitis beneficiis re-
nunciare non facile alibi reparabilibus; tot discendi cupidis, quos adi-
gitis bene inepta perniciosè abrumpere; tot modestis & ad omnem
observantiam compositis, quos pertumultum in vestros nexus ab-
ripitis; tot adolescentibus in primitiis studiorum versantibus, quos
evertitis. Et nunc quiritantur & ingemiscunt plurimi, & quiritan-
buntur & ingemiscunt tandem plures. Omnia ista à vobis avertere
poteritis, si moderatis instructos consiliis ad nos miseritis & salutaria
monita admiseritis. Tenemini verò ista admittere, nisi Vindicem Dei
gladium experiri malueritis. Nolite, nolite, o nostri! Illuminet
super vos vulrum suum Lux vera. Perfer. Rostochii, A. O. R. clō lōc LVI.
IV. Jul.

AD LECTOREM
Veteris recti decoriq; amantem.

Utiq; novum videtur quamplurimis, quod paucis abhinc diebus pro restauratione sanctioris & omnibus ordinibus antehac probatae disciplinae promulgavimus. Errare illos, multis documentis ostendere in proclivi esset, si argumentis magis, testimoniisq; quam consuetudinibus, seculi vitio suffultis & praesidio ab audacia sese tumentibus, locus esset. Qui tamen sub Cellissimorum Mecklenburgensium Ducum patrocínio vivimus, merito semper meminimus sapientissimi & omnibus seculis commemorandi Principis DNI VDALRICI, Ducis Megapolensis &c. qui Anno CHR. MDLXXIIII. Idib. Maii peculiari programme, quod hic subnectimus, nostro decreto praevit, & idem repetitum voluit anno prius, quam gloriosissimae memoriae Princeps tot virtutibus illustrissimam, tot meritis plenissimam animam caelo redderet, Anno sc. MDCII. die Margaretae. Nec alia mens est Serenissimorum Principum nostrorum DN. ADOLPHI FRIDERICI, & DN. GUSTAVI ADOLPHI, Ducum Meklenburgensium &c. &c. &c. quibus gloriosis majorum vestigiis insistere, praecipua cura est. Sed proponamus Rescriptum, de quo diximus.

DEI GRATIA,
ULDARICUS DVX MEGAPOLENSIS, PRINCEPS ANTIQUAE GENTIS HENETAE, ADMINISTRATOR ET COMES SVERINENSIS, ROSTOCHII ET STARGARDIAE DOMINUS,

&c.

Crebra ad nos querela, tam à provincialibus nostris, quam ab aliis fide dignis afferuntur, de mira pseudoscholasticorum quorundam in Academia nostra Rostochiensis, tumultuantium potius, quam discipulorum ferocia & petulantia, quae quidem

dem, proh dolor, ita invaluerit, ut quidam eorum neq; leges,
neq; magistratus & praeceptores suos jam amplius vereantur,
sed barbarico quodam fastu inflati, omnia, qualibet, etiam
impune sibi licere arbitrentur. Et hinc factum esse ajunt, ut
habitus scholasticus planè in aulicum degeneraverit, cum aliqui
cristas capiti imponant: alii gladiis sese alligent: nonnulli ve-
stiri indecoro & insolenti utantur. Cum autem & hac & aliis
in partibus infinitum inter aulas & scholas, inter militem &
scholasticum discrimen esse deceat: & hac ipsa levitas, multis
aliis vitiis & turpitudinibus certissimam occasionem praebeat:
nequaquam ea in scholas bene constitutas videtur intromitten-
da, sed potius maturè, antequam pedem figat, abolenda. Res
enim ipsa loquitur, cristatos istos & ensiferos se ipsos ferè non
agnoscere, sed una cum cristis animos quoq; attollere: leges
& praeceptores suos ex alto quasi despiciere: in cauponis & lustris
admodum crebros, in Museis & lectionibus omnino raros,
atq; adeo nullos esse: atq; ita patrimonium suum sine fructu
hic consumere: suo contagio alios probiores inficere: multosq;
tandem, quam venerant, deteriores & indoctiores ad suos re-
dire. Cum autem Academiam nostram Rostochianam, quam
non sine gravissimis impensis hactenus sustinemus & fovemus,
officinam potius pietatis, modestiae & obedientiae, quam asy-
lum impudentiae, ferociae, & contumaciae, & hactenus esse
voluerimus, & deinceps quoq; esse velimus: ratione officii
nostri auxiliares hac in parte Rectori & Concilio Academiae
nostrae, manus porrigere, & hanc ipsam in vestitu, & plumis,
armisq; ferendis levitatem & contumaciam debuimus & volu-
imus coercere. Omnibus igitur, sine ulla generis, vel condi-
tionis suae exceptione, scholasticis in Academia hac nostra degen-
tibus severissimè mandamus, ut deinceps in tota vestitus ra-
tione honestatis, pudoris & Juramenti sui, Academiae nostrae
& Rectori praestiti, quod omnes cujuscunq; sint status & con-
diti-

ditionis aequè ligat, statutorumq; & legum, quæ omnibus uno ore loquuntur, meminerint, & plumas ensesq; suos è vestigio deponant, neq; amplius, dum in hac nostra Academia degunt, à quoquam eo habitu se conspici patiantur; atq; ita plumarum, & ensium gesticatione, nunc & in perpetuum Academiae hujus scholasticis interdictum esse sciant. Quod si tamen futuri sint, qui vel re ipsa, vel etiam cavillando, aliq; consilia scolida juventuti suggerendo, eosq; contra preceptores & magistratus, quod fit, instigando, voluntatis & mandati hujus nostri auctoritatem infringere conentur, in eos, ubi resceverimus, ita graviter & serio animadvertemus, ut omnes intelligant, nihil disciplina & honestate Academiae nostræ antiquius, nihil earundem laxatione & ruina molestius & gravius unquam nobis contigisse. Mandamus etiam ei, qui nunc est, Academiae nostræ Rectori, ejusq; in hoc officio successoribus, ut mandatum hoc nostrum, omni exceptione majus, ad perpetuam rei memoriam, tabulis legum & statutorum suorum ascriptum, bis quotannis, una cum legibus Academiae, publicè recitari curent, & in ejus violatores severe animadvertant. aut si illi ferociores sint & contumaciores, quamprimum nostrum auxilium implorent: quod cerè illis promissimum & paratissimum, & contumacibus istis parum honorificum & fructuosum pollicemur futurum. Aut enim secundum factorum qualitatem & circumstantias gravi pecunie summa eos multabimus: aut non solum ex schola, verum etiam ex omnibus ditionibus nostris in perpetuum eosdem excludemus. Ideoq; majoris fidei gratia hoc nostrum serium mandatum, nostra subscriptione, & manu propria, sigilloq; nostro muniri & corroborari volumus. Datum Douberani. Idibus Maij. Anno salutiferæ incarnationis Redemptoris nostri, Millesimo, quingentesimo, septuagesimo octavo.

Udalricus dux Megapolensis
Manu pr. subscr.

RECTOR ET SENATUS

Academiae Rostochiensis.

Sponde plumis & gladiis facere debuissent nostri, qui non sunt
Sex ordine Principum, horumq; nobili, qui nunc est, aut in hujus
locum succedere possit, aulae comitatu, studiosi, id quod mandatis
diversis facere toties jussi sunt. Sed neq; conscientiae, e veterno quon-
dam evigilaturae, indubitatus & intolerabilis metus, neq; Magistratus
Academici sacrosancta autoritas, nec severissimae aeq; creberrimae
nostrae monitiones quicquam haecenus apud quosdam *ἀνομιάντες*
efficere potuerunt. Quibus denuo serio mandamus, ut memores,
quo legibus Academiae obstricti sunt, Juramenti, plumas illas Mar-
ciales & gladios e vestigio, sine ulla tergiversatione, sine *κρυσφηγέταις*
deponant; si velint probi esse, ac in arbitrariam Reverendi Concilii,
quam hoc Edicto nostro non parentibus liquidò denunciamus, poenam
non incurrere. Speciosa verba injuriosis in Magistratum factis nec bellè
respondent, nec rectè satisfaciunt: quae nec ferre deinceps volumus,
nec impunita esse pati debemus. Ita autem nos comparabimus, ut qui
patientia nostra haecenus satis largiter abusi sunt, intelligant, nobis ni-
hil potius esse, neq; prius, quam ut eum coeteros Jurisdictionis nostrae
nervos pro virili defendamus; tum mandatum, quod Reverendissi-
mus & Illustrissimus Princeps & Dominus, Dominus Uldaricus, Dux
Megapolensis, Princeps Vandalorum, Praesul & Comes Sverinensis,
Dominus terrarum Rostochii & Stargardiae, Cancellarius Academiae
hujus Magnificentissimus, rogavit: cujusq; Exemplum, ne quis quid
excusare possit, pone affixum est, factum rectumq; faciemus, gravi-
tate poenae, tarditatem compensaturi. P. P. sub Sigillo Acad-
emiae, die qui in fastis Margaretae sacer est.

Anno 1602.



ROSTOCHII, Typis Heredum NICOLAI KILII,
Acad. Typog.

ROSTOCK
V. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

ROSTOCK
V. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

ROSTOCK
V. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

qua in nobis habitant, moriamur mundo ejusque
Jesus maxima cordis nostri voluptas dolore afflic-
ta (verba sunt Cassiodori super Psalm 50.) tanta afflic-
to illo flente non fleret? quis illo dolente non gerneret?
In jejunio & sobrietate vitæ primum studeamus
enim præsens tempus dicitur Fast-Nachten, quod
rancia, non vero luxurie indulgere debeamus. Ad
ut cum superstitioso Pontificiorum choro quod
jejunium ad exemplum Christi 40. dies & nocte-
rum probemus, Quod enim ad Christi jejunium
positum est, illud miraculosum & planè singulari-
ter prorsus impossibile esse, Christus enim intra 40.
quam comedit Luc. 4. quis autem in hoc eum
inspiciamus legimus, talem à cibis abstinentiam, qua
tificii, nobis esse mandata; est ergo illud frivo-
lum, est cultus electitius, quo frustra Deus colitur
facta enim Christi non adstringimur, nisi accedat ma-
gister, quod sæpius dixi, jejunium Christi perpetuæ
rancia nos admoneat, ne graventur corpora nra
34. ut ad opera vocationis & pietatis exercitia sit
vigilantiores, Est enim jejunium grande bonum (Verba
B. in Matth.) Oracionem juvat, mentem purgat, sen-
sibus Spiritui subicit, cor contritum facit, concupiscentia-
rum ardores extinguit, castitatis verò lumen accen-
dit, & animam jejunemus, nam nil juvat, inquit
corpore, si anima innumeris malis sit repleta, magnum
jejunium est, eodem ad se accente, abstinere ab iniquitatibus
voluptatibus. Absint ergo à nobis, qui Christi
quæ vel speciem Bacchanaliorum supra dictorum
omnestumultus & discursationes, omnes Clau-
diurni quàm nocturni, omniaque, quibus corpo-
ri solemus, signa, tempus enim in his, verba sunt Au-
gustini celebratur, tempus gemendi est, tempus flendi,
precandi. Absint omnes computationes, omnia
Dominus jejunat, Væ ergo surgentibus summo me-
tem sedentur, prorogantibus ad crepusculum usque,
In quorum convivio est Cithara ac Nabium, & sym-
phoniarum opus autem Jehovæ non inveniuntur, & factum manuum
Es. 5. 11. Væ valentibus potare vinum & strenuis
ebriantem v. 22. Dominus dirissimam passio-

is, cum
eps no
i, quis
tendi
, hinc
empe
nobis,
illud,
astitu-
aprico
mitatu
il quic-
? Nec
it pon-
n jeju-
6. Ad
nterim,
tempe-
Luc. 21.
& vi-
t. Hom.
carnem
rit, libi-
im cor-
jejunare
ale jeju-
us mundi
olumus,
Absint
tus tam
m testa-
passio Do-
endi & de-
uriosa
inebrian-
da ipsos,
uc vinum
nsiderant.
orum, in
niosissi-
m am-

